et stuporē: cum viderēt hoīem pene mortuū:
tā subito liberatū. Nauis quedā dum in me
dio maris pene naufragiū pateretur: seua flu
ctuum inundatōe quassata: oēsq; naute cali=
gine noctis tenerent vniuersi multoꝝ sctōꝝ
suffragia postulabāt. Quidā vero natione ia
nuensis facto silētio. Audistis inqt o fratres
qualiter quidā de ordine p̄dicatoꝝ noīe fra=
ter petrus: nuꝑ ob defensionē fidei catholice
ab hereticis sit interfect⁹ ꝑ cuius merita de⁹
multa miracula facit. Nunc ḡ deuote ei⁹ pa=
trociniū imploremꝰ: qꝛ spero ꝙ liberabimur
Assentiūt vniuersi inuocātes in suū auxiliū
beatū petrū. Mox antenna nauis cereis ac=
censa tota cōspicit. Et respicientes viderūt
quendā in habitu p̄dicatoꝝ suꝑ velū stantē:
statimq; mare quieuit: et tranq̄llitas magna
fuit. Cū ergo p̄dicti naute ianuā incolumes
aduenissent ad domū fratrū p̄dicatoꝝ vene=
runt: et deo et beato petro gratias referentes
eisdē fratribꝫ totius miraculi seriem narraue
runt. In ꝓuincia francie ciuitate senonensi
puella quedā cū in aq̄ raptim transeundo ce
cidisset: et ꝑ magnū spatiū tp̄is stetisset tandē
de flumie mortua ē extracta. mortis autē ei⁹
erāt q̄ttuor argumēta. s. magnū spaciū tp̄is:
et rigiditas corꝑis ꝛ frigiditas: ꝛ nigredo. de
lata ē: ḡ a quibusdā ad ecclesiā fratrū: q̄ cū eā
sancto petro deuote ac fideliter ꝯmendassent
cōtinuo vite est reddita et saluti. Sunt ꝛ alia
innumera vt sic dicā: hui⁹ gloriosissimi san
cti miracula: q̄ nos breuitatis causa ꝑtransi=
mus. Ostendūt aūt illa cere imagines et alia
sanitatū signa: que in capellis ad honorē ip̄i⁹
cōstructis vbiq; locoꝝ cernunt. Quare illuz
pie veneremur: sperātes suo patrocinio libe=
rari ab imminentibꝫ malis et tandē dei gra=
tiam obtinere. Quā nobis cōcedat Jesus fi
lius dei: qui est benedictus in secula seculo=
rum. Amen.

¶ Sermo sexagesimusprim⁹ de sctō ambro
sio doctore sancte eccīe Ep̄o mediolanensi.

# SAnctum fecit illū

Scribunt hec verba ad laudē bea
tissimi Ambrosij assumpta origi=
naliter Eccī. xlv. ca. Summi dei sapientia
ineffabilis ecclesiā suā varietate sanctoꝝ vo=
luit decorare. In qua alios cōstituit ꝓphetas
alios ap̄los: alios p̄dicatores et doctores: a=
lios euangelistas: oībus aūt ſm sui status cō
decentiā: grē sue dona distribuit Nā ꝓphetis
dedit lumē futura ꝓuidendi. Ap̄lis lingua=
rū et scie et vsum. Euāgelistis auctoritatem
scribendi. Et ip̄is doctoribꝫ splendorē spūa=
lis doctrine. Ut aūt essent receptacula mun=
da. qꝛ vt scribit sapie. i. c. In maliuolā aīam
nō introibit sapīa nec habitabit in corꝑe sub
dito peccatis. Copiosa illis munera grē sue
cōcessit. Fuerūt quidē ip̄i nō solū in rebꝫ di=
uinis eruditissimi: sed etiā oī sanctitate ꝑfe=
cti et ceteris obmissis: ad ambrosiū mētis o=
culos reuoluamꝰ: q̄ ob merita sanctitatis et
admirabilē p̄rogatiuā virtutū. in celis gau=
det cū xp̄o. Et in terris a cunctis fidelibus
colit et venerat. Iccirco in p̄nti sermone lau
des ꝓmere cupientes: sub titulo de illius san
ctitate dicemus: de qua tria mysteria ꝓponi=
mus cōtemplanda.
Primū dr̄ digne assimilationis.
Scōm virtuose ꝑfectionis.
Terciū lucide manifestationis.

¶ Qꝫ sanctitas beati ambrosij assimilat san=
ctitati quinq; ꝑsonarū dignissimarū veteris
testamenti. ¶ Capitulū. i.

PRimū mysteriū cōtemplandū de san=
ctitate bt̄i ambrosij dr̄ digne assimilatō
nis. Assimilat nāq; sanctitati quinq; ꝑsona
rum dignissimarū veteris testamēti.
Primo sanctitati abel in virginitate.
Scdo sanctitati abrae in fidei sinceritate.
Tercio sanctitati moisi in pietate.
Quarto sctītati helie in victus parcitate.
Quinto sanctitati dauid in hūilitate.

¶ Primo sanctitas beati ambrosij assimilat
sctītate abel ī virginitate. Fuit quidē abel vir
go purissim⁹. vt refert Aug⁹. ī li. i. de mirabi
libus sacre scripture. Erat ei ſm ꝯputatiōnē
methodij: qñ occidit eū caym annoꝝ. xl. Nā
vt ip̄e ait caym nat⁹ est anno trigesimo ade
cū sorore sua calmana: et post annos. xxx. ali
os nat⁹ est abel cū delbora sorore sua. Cente
simo vero anno ade interfect⁹ est abel. Utrū
aūt si longiori tꝑe vixisset ꝯtraxisset matrimo
niū. Aug⁹. in p̄dicto li. videt opinari ꝙ sic.
vt impleret p̄ceptū dñi q̄ dixerat. Crescite et
multiplicamini. nisi de⁹ secū dispēsasset. Sꝫ
nobis esse satis debet: qꝛ cū virginitate inno
centiā suā obtulit deo. Sic et beatus ambro
sius in virginitate ꝑpetua deo seruiuit. Nā
vt Hiero. testat. Ambrosius ipse de se dixit.
Uirginitatē nō solū efferimus: sed custodi=
mus. hinc est ꝙ de ip̄a semper magnifice lo=
quebatur. ꝙ nō fecisset nisi virginitatē dili=
geret. inquit enim Hieronym⁹ ad filiā mau
ritij: de cōmendatione virginitatis. Luxu=
rioso verbum castitatis offensio est: quorum
venter deus: cultū nolunt amare ieiunij. Et
Crisostomus ait. Cum audis aliquē de deo
loquentem. Intellige ꝙ cor illius amore dei

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-521/0335
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG